



~~Tr~~


0060

C.c. 140

Arb. gramm. & antiquar.  
in Quarto  
N. 3.

II. 1. a. 3





# ROMANARVM ANTIQUITATVM ELECTA.


AD X. CAPITA IOAN. ROSINI.

- I. DE PRISCIS ROM. GENTIB. AC FAMILIIS.
- II. DE TRIBVBVS ROM. XXXV. Rusticis  
atque Urbanis.
- III. DE LVDIS FESTISQ. ROM. ex Kalendario vetere.

STUDIO AND. SCHOTTI SOC. IESV.



COLONIÆ  
*Apud Bernardum Gualterum,*  
Anno M. DC. XIX.



# AND. SCHOTTVS LE- CTORIS.



THE NIENSES publice sanxerunt, ne quis ulli vñquam via  
ignaro indicium denegaret. Et Q. Ennius laudat,  
--- qui erranti comiter monstrat viam,  
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit.

Sic & vñsum Annalium Fastorumq; Romanorum omnisq; adco  
Romana Historie, cōmonstrare in præsens est animus. Quo enim, amabo, librorū  
diuītē pertinent, vñsus s̄ absit? Vt tendum itaq; his libris, vt omni omnino His-  
toriæ tractatione, via, ac ratione, vt multi iam differuerunt: quā methodum, digi-  
tum velut in fontes intēdens, demonstrare equidem conabor. Vſitato itaq; more,  
tribus distinctum sit opus, etiam numeris 1.2.3. ostendo: deinde pagina cuiusque  
Tomi numerus indicatur, & totidem elementis a.b.c. summa, media, ima pars,  
ne querendo diu multumque fatigeris, exhibetur.

I. Tria enim potissimum cum fructu in Hist. consideranda sunt. Primo, Viro-  
rum Rome illistrum series octo saeculorum, id ēst, annorum octingentorumq;  
quot excurrit: qui domi militiaeq; clari, sago plerique belliciāq; arribus, alijs toga  
atque doctrina & philosophando Rempub. Romanam administrarunt. His sane  
T. Liuius, Plutarchi vita parallela, & Scriptor de viris illustribus, siue is Corn.  
Nepos ēst, siue Aurelius victor, lucem accipiunt.

II. Deinde Magistratum omnium ortus, gradus, euentaq; & Reip. muta-  
tiones eluceunt: quando de Magistratibus Rom. accurate satis ad hanc diem  
scripsit nemo, ne suppositius quidē Fenestella, cuius libelli verus auctor ēst, An-  
dreas Dominicus Floccus, Florentinus. Hic ordinem cernens bonorū, gradus  
que à minori ad maiorem Magistratum, Quæstura, Tribunatus plebis, Adili-  
tatis, Præture, & Consulatus: Dictatura item & Censuræ, veluti in speculo aut  
ē specula, spectare cuique licebit.

III. Tertio, Prænomina, Nomina, & Cognomina cuiusq; Romani ciuis (qui  
tribus fere delectabantur nominibus) è Fastis cognoscet: quibus parens auusq; ap-  
ponitur. Nam fere patre, auo, maioribus, rebusq; praclare gestis inclare scire dum

A 2 student,

## P R A E F A T I O.

student, acceptam augere potius gloriam & amplificare conati, Vrbem in orbis caput summumque Monarchie decus tandem prouexerunt. Nominibus autem Gens cuiusque ostenditur, ut Familia Cognomento. His Prænomina antecedunt, quibus fratres eiusdem Familia & patruelis discernebantur.

Ceterum de Rom. Nominibus qui veteres scripserint, nunc accipe. Carifus & Diomedes Grammatici, Valerius Maximus seu Probus, libro x. Memorab. Plutarchus in Vitis, Dion Cassius lib. XLVI 1. Appianus Alex. initio Libyæ, Panfania in Achaicis. Parentumque memoria docte, ut omnia, quem honoris causa libenter nomine, Car. Siganus tractavit, eumque secutus Onuphrius Panuinius, & nuper à nobis euulgatus Annalium Commentarius vberrimus Steph. Vinnandi Pighij. Vastum accedit Inscriptorum antiquarum totius orbis Opus, post Smetium & Lipsium nuper à I. Gruterio, Ios. Scalig. & Marco Velsero viris doctib. editum. De Familiis autem Rom. ut Troianorū olim M. Terentius Varro scripsit, sic plures nostra memoria, tum de Patriciis maiorum minorumque gentium, tu de plebeis XXXII. Ant. Augustinus, summa vir doctrina & Antiquitatiognitione præditus è Fastis Capitoliniis, & è Nummis Fulvius Vrsinus Romanus, ac denique in Româstico Ioan. Glandorpius. Typis vero seu Tabulis Ricardus Streiniius vir n. bilis, & antea idem Glandorpius Monasterieis. Nos illorum Scriptorum auctoritate subnixi, singula nomina gentilitia, quo in Fastis solent, ordine modoq; spectamus. Et Prænomen, Nomen, & Cognomen, interdum etiam Agnomen, & Adoptiuum (quod sere in anus exit, ut in ius gentilicium) uno confectu videbis in Fastorum Tabulis. Etsi vero interdum Scriptores atque Historici ornatus gratia ordinem immutant, nihil id refert. Ut, verbi gratia, Dion Cassio Potitus Valerius est pro Valerius Potitus. Ciceroni Maluginensis M. Scipio, & Balbus Corn. maior. Velleio Paterculo, Flaccus Pomponius, Scaurus Æmilius, & id genus plurima in Scriptore de Viris illustribus occurront. Nunc igitur oculis hac subiiciamus, ducto è Prænomibus initio.

NOMI-

## NOMINA ROM. Trium generum.

P R A E N O M I N V M  
quædam frequætia, Alia rarius vñtr.  
numero xix.

xxvii.

A. Appius	Agrippa
A. Aulus	Ancus
C. Cæsus	Arvus
Cn. Cræsus	Colfus
D. Decimus	Druſus
K. Keso	Egerius
L. Lucius	Fanfus
Mam. Mamerens	Hofius
M' MV. Manius	Ialus
M. Marcus	Lar
N. Numerius	Mamurinus
P. Publius	Nero
Q. Quinctius	Numa
Sex. Sextus	Opiter
Ser. Seruus	Pofimus
Sp. Spurius	Procivlus
T. Titus	Paulus
Ti. Tiberius	Portius
Hæc, præter Numerius, nunquam sunt gentilicia.	Romulus
	Remus
	Sertor
	St. Statius
	Tullus
	Vibus
	Voleo
	Vohfus
	Vopifcus

Horum quæcor post in cognomina  
transferunt. *Agrippa, Gratus, Procivlus, Vo-*  
*pifcus;* vt contra cognomina quædam in  
prænomina verba sunt: puta *Cofius, Druſus,*  
*Ialus, Nero, Paulus, & similia:*

N O M I N A Genit. sunt  
propria, siveque numero pro-  
pe infinita, & Generi Logico,  
ve Familia Speciei compara-  
tur: vel arboris truncus, cuius  
ramorum infar fini familiæ,  
sive cognomina. In ius ple-  
rumque definunt, præter y.  
*Cacina, Nortanus, Peducans,*  
*Perperna, & Poppaus;* que for-  
cipa cognomina existimen-  
tur, quorum nomina agnoren-  
tur, vt de C. Verre, M. Agripa-  
&c. & C. Mæcenate obterua-  
tum: quorum tamen reperta  
gentilicia vt C. Cornelius Ver-  
res, M. Vipianus Agrippa, & C.  
Cilinius seu Cilinius (vt Vrsino  
in Corn. Tacitum Notis pla-  
cer) Mæcenatæ integræ appel-  
lentur.

Clarum itaque, vnam cam-  
demque in variis familias,  
veluti ramosac stirpes dedu-  
ci: hoc est, cognomina plura  
uni genti esse indita. Verbi  
gratia: **TULLIA** gens iam  
indea Regibus ortum Romæ  
habens, non modo M. Tullij  
Ciceronis cognomento, vt  
Latine Eloquentia principis  
celebris exilit, sed & alias  
præter Cicerones habuit: An-  
næles, Cimbros, Deculas, Fabia-  
nos, Longos, Montanos, Rufos, &  
Sæciones; vt mox singulatum  
oftendam.

C O G N O M E N , quod no-  
mini gentilicio subiungitur,  
que vnum, sive plura sint,  
cognomina sunt, vt *Cæsar,*  
*Cicero, Scipio.* Item *Maximus,*  
*Varruſofius, Onicula, Cauda-  
tor;* que omnia vnius Q. Fa-  
bit cognomina fuerunt. Ea  
quoque numero infinita, &  
in ius numquam exunt,  
præter *Pius & Caprarius;* quæ  
ambò Merellorum, in Cacci-  
ambo gente cognomina, & *Tria-*  
*vin Valeniorum.* Definunt  
autem fere in his litteras:

A.	Nafca
AR.	Cæsar
AS.	Lanæ
ES.	Gurges
ER.	Pulcher
EN.	Cornices
EX.	Caudex
ENS.	Violens
I.	Frugi
IS.	Regillensis
IX.	Felix
IVS.	Pius
O.	Cicoro
R.	Curfor
OS.	Nepos
OX.	Venox
VS.	Rufus
VM.	Corculum

His nunc de NOMINIBVS prælibatis venio ad GENTES & FAMILIAS, quas, ut citius cuique occurrant, idcirco Alphabetis serie collectæ digestimus, & quidem misis veluti per satiram Patriciū cum Plebeiis, & additis cuique Gentis familijs seu cognominibus: quorum rus sum cognominum varietatem, cum sint & ipsa in variis gentes diducta, ordine infra etiam Alphabeti, quo Letorem assidue teneamus, recensabo. Quamobrem, si usum Ego run nosse iuvat (ut iuua sane) una eademque operacernes, qui tum viri Romæ maxime illustres cum armis, tum toga, de hinc Magistratus quo ordine & quales gesserint: nimur à Questura vel urbana vel Provinciarum, aut à Tribunatu plebeio ad Aedilitatem, sive plebeiam, sive curulem; inde ad Praetoriam, mox ad Consulatum per honorum gradus ascendisse; interdum etiam ad Censuram aut Dictaturam peruenisse. Rem exemplo illustremus: M. TULLIUS CICERO, quando Prætor curulis fuerit, cognoscere in interpretando interrelat: & Consulatum quo tempore, laborante Republica maxime ob Catilina coniurationem, gesserit, quasque tum Consulares Orationes, ceteraque alias habuerit, statim animaduertes: & quas ad quos familiares dederit epistolas in exilio, domumque redux: ita magnam legendis Ciceronis scriptis, ut Romanorum disertissimi, & historicis referti narrationibus, velut in tenebris lacem accensam aliquando gratulaberis.

\*

GEN.

GENTES ET FAMILIAE ROMANORVM EX TAVLIS SEV FASTIS CAPITOL. HISTORICIS, AC  
N V M M I S.

**A BYRIA** gens, Plebeia opinor. Meminit Liuius lib. xli. & xlii. In nummis cognomen ei G E M. sive Ge-  
minus sive *Gemellus*. Fulvius Vrfinus.

**A COLEI** A gens, forte Plebeia. Mentio est in duab. inscriptionibus: cognomento *Lariſcolus*, cuius nu-  
mifma & festum accipe ex Ant. Augustino lib. iv. Dialogorum de Nummis vett.

**A CILIA**, Plebeia gens, ab *axiliis* Vrfinus deruit, vi *axiliis* *axiliis* *axiliis* Plutarch. Corrupta ſepe vox  
in *atilium*, vel *Aquilium*. Stirpes eius duæ, *Balborum* & *Glavirionum*: amba Consulares.

**A B V T I A** gens Consularis, cuius cognomina III. *Carus*, *Cornicen*, *Heius*.

**A E L I A**, seu **A I L I A**, Plebeia gens, cuius familiae v. qua Antonius Augustinus, & infra recensimus: *Cati*,  
*Lamie*, *Ligures*, *Pati*, *Tuberonie*. His addit *Gallos*, *Stalenos* & *Selones*; ex Onuphrio.

**A M I L I A**, olim **A M I L I A**, gens Patricia maiorum gentium, Albano oriunda, ducit a lepore nomine, vt  
auctor Plutarchus. Distinguuntur familiam v. cognominibus, *Barbularum*, *Lepidorum*, *Mamerclinrum*, *Papo-  
rum*, & *Paulorum*. His addit Onuphrius Buas (*Bucas Fulu. Vrfin. pag. 8. & II.*) *Liuianos*, *Marcos*, *Poreinas*, & *Pri-  
vernates*. Rariora & singularia: *Regilli* & *Scauri*. Vide Ant. Augustinus deum de familias.

**A E T E R N I A**, alia **A T E R N I A**, Consularis familia. Cognomen ei *Fontinalis*.

**A F R A N I A**, Plebeia, vt Fulvius Vrfinus opinatur, gens: quia *L. Afranina* Cos. Plebeius cum Q. Caecilio  
Metello Celere fuit, an *109* C. C. *Stellionis* cognomentum tulit.

**A L L I E N A**, Plebeia, vt idem Vrfin. opinatur, quia *Allienus* Plebeius lator fuit legis *De Terminis*.

**A N N I A**, Plebeia quoq; Scriptoribus nota. Consularis, & his cognominibus, *Baffus*, *Capra*, *Lucsus*, *Rufus*.

**A N T I A** gens meminit M. Cicero, T. Liuius aliquie. Cognomen illi *Pollio* & *Rafio*. Est & **A N C I A** gens  
cognomento *Briffo*.

**A N T I S T I A**, sive **A N T E S T I A** Plebeia genitae familia fuere *Rheginorum* & *Veterum*. Addit Onuphrius  
Lebonum.

**A N T O N I A** gens in duas diuisa familias, Patriciam & Plebeiam. Patricii duo *Antony*, cognomento *Me-  
renda*: Plebeii ſex fuere fine cognomento. Ex his *M. Antonius* III. Vir R. P. C. & fratres eius *L. & C. Antony*. Ce-  
teros difterre enumerat Anton. August. Consularis fuit, & cognomento *Balbus* & *Pictus*.

**A P R O N I A** gens Plebeia, vt Fulvius obseruat, ex Alfoncio & Valerio Maximo recensitis aliquot. Cognomen  
illi *Sifenna* & *Calianus*.

**A Q U I L I A** gentis duplex familia: Patriciorum, *Corui* & *Inſi* cognomine. Et Plebeiorum, *Flori* & *Galli*  
cognom. Et Augustorum temporibus, *Iuliani* & *Sabini*.

**A R R I A** Plebeia gens, vt opinatur Fulvius, ex iis quæ de Q. Arrio refert in Bruto de claris Oratt. M. Tul-  
lius, & Alfon. Padianus in Arrio Secundo.

**A S I N I A** gentis, ut putat Vrfinus. Plebeia cognomen est *Pollonius*. Addit Panuinius *Galli* & *Agrippa*.

**A T I A**, gens Plebeia, in qua Augusti mater recensita, reſte Seruio in v. *Aeneidos* Virgil. Cognomina illi  
*Balbi*, *Pauli*, & *Varrii*.

**A T T I A** vero cognomento *Plauti* facit Onuphrius mentionem.

**A T I L I A** duplex familia: Patriciorum vna, qui *Longitatum* dicti cognomine; altera Plebeiorum, qui  
*Bulbi*, *Calatinis*, *Libones*, *Reguli*, *Serrani*.

**A V L I A**, Plebeia opinor. Nam Q. Aulus Cos. an. *cdxxx*. in Fastis M. Verri Capitolinis & Liui ex  
Annalibus, ac Diodoro Siculo, ybi tamen *avlus* vitioſe editur, ab aliis *Aimilius* legitur, male. Huic *Cerretano*  
cognomentum.

**A V R E L I A**, eti Plebeia, origine Sabina, nobilis tamen & Consularis, Censoria, ac triumphalis tribus di-  
finita familiae seu cognominibus: in quibus fuere *Cotte*, *Orefa* & *Scauri*.

**A X I A** seu **A X I A**, Plebeia gens. Meminit M. Varro lib. *III*. Reiuſt. cap. *II*. & Cic. lib. *i. ad Attic. Epist. vii.*  
Cognomentum huic *Naso* fuit.

GENTES Consulares, ex Onuphrio, De antiquis Nominibus.

**A B Y R N I A** gens cognomento *Valens*.

**A C C I A**, cognom. *Varm*.

**A C E R O N I A**, cognom. *Proculus*.

**A C V T I A**.

**A B V T I A**.

**A L B I A** gens Consularis, cogn. *Carrina*.

**A L B V R I A**.

**A L B I N I A**.

**A L P H I N I A** Consul. cognom. *Varm*.

AMPIA

**A M P I A.**

**A M B I V I A.**

**A N C I A**, cognomento *Brisso*.

**A N I C I A** Consularis, cogn. *Gallus*.

**A N N E A.**

**A P P I A.**

**A P P Y L E I A** gens Consularis, cognomento *Pansa*, *Saturninus*.

**A P Y S T I A** Consul. gens, cognom. *Fullo*.

**A R R Y N T I A** Consularis.

**A T E I A**, cognomento *Capito*.

**A T I N I A**, cognom. *Labeo*.

**A V F I D I A** Consularis cognom. { *Lurco*.  
{ *Oreftes*,  
{ *Tucca*.

**A V R V N G C Y L E I A.**

**A V T R O N I A** Consularis gens, cognom. *Craffus*, *Pecus*.

**A V R I A**, cognomeno *Vellenua*.

**B**ÆBIA gentis Plebeia frēquens mentio apud Romanarum rerum Scriptores.

**C**ÆCILIA gens Plebeia, Præfete forte orunda, Metellorum cognomento clara, sed hæc alii etiam nobis cognominibus xv. tere. Sunt enim hic, *Balericus*, *Calus*, *Cayravij*, *Celeres*, *Dalmatici*, *Denrices*, *Macedonicus*, *Metelli*, *Nepotus*, *Numidici*, *Pii*, *Scipiones*, *Silani*, & *Vittati*. In nummis Rom. Metellorum postissimum familiam reperitur.

**C**ÆCINA gentis in duabus antiquis Inscriptionibus mentio exflat. Vna, in qua Neronis temporibus C. *Cæcina Largus* nominatur. Altera, in qua Vespaiano imperante C. *Cæcina Patrus* Consul cum L. Annio Balbo descriptus est. Et Ciceronis pro A. *Cæcina Oratio*, de *Vs*, cuius quæstio definitionis est, An interdicto de vi teneatuerit is, qui non deicit de fundo, sed ab eius ingressu prohibuit.

**C**ASIA gens Patriciane ac Plebeia, incertum. In Corneliana pro Balbo Cic. P. *Cæsium* Rauennarem à Ca. Pompei patre ciuitate donatum prædicat, & ali illustres celebrantur Commentario de gente *Cæsia* à lo. Bapt. Fontio, Bononia olim edito, an. MD. XX C II.

**C**ALIDIAM gentem Patricianam fuisse, ex antiquis Scriptoribus satis confitat.

**C**ALPVNIA gentis Plebeia familiæ tres: *Befia*, *Bibulus*, & *Csonnia*. & hi tursum *Frugi* & *Pijo* cognoscuntur. Ceterum à *Calpo* Num & *Pomplii* Regis filio duxisse originem, scribit Plutarchus in *Numa*: idemque Horatius in Arte Poetica *Pilones Pomplium anguinem* dixit, & Ouidius ad *Calpurnium* Poenitem, sed Lucani id poematione illa Had. Iunius primus docuit.

**C**ANINIA, sive *KANINA* quartor habuit familias: *Rebilis*, quorum meminimus *Liuius* lib. **XLI**. *Regulos* qui reperiuntur apud *Cæfarem* lib. **xii**, de bello Gallico. *Gallos*, qui habentur in antiquis denariis. *Labeones*, qui in *Anniæ* tribu censebantur.

**C**ARISIA gens. T. *Caristi*, fratris, ut opinor, P. *Caristi* meminimus Dio lib. **lxxii**. & **lvi**.

**C**ASSIA gens in duas diuina familias, Patriciam vnam, *Bicellinorum* alij *Vitellinorum*, aut *Vitellinorum* scribunt. Alteram Plebeiam, *Longinorum* cognomento. Vnus etiam *Varus* dictus, & alter *Longinus* *Rouilla* dictus & *Calenus*.

**C**ESTIA gens Plebeia. Cicero in *Orat* pro *Flacco*, & in *Philipp. xii*. sicut corrupte in vulgaris codicibus *Cestius* legatur, pro *Cestius*) & Appianus lib. **iv**. Belli ciuilis, faciunt *Cestius* cuiusdam mentionem C. *autem Cestius* meminimus Tacitus lib. **v**.

**C**IPRIAM gentem eadem cum *Cifia* putat *Ypsilonus*, quæ sine s. littera, antiquo scribendi more in veteribus quoque lapidibus reperitur.

**C**LAVDIA gens familiæ habuit duas, Patriciam vnam minorum gentium, ex qua fuerunt *Pulcri*, *Centrones*, *Nerones*, & *Regillenses*: horum etiam aliqui *Craffini* dicti: addc *Cæcos*, *Craffos*, *Candices*, *Hortatores*, *Rufos*, *Sabinos*, *Canini*. Alteram Plebeiam, quæ clarior fuit, *Marcellorum* cognomen. Accedunt *Afernini*, *Afelli*, *Clistia*, *Flaminini*. Legendus *Sueronius*, Ant. August. De familiis, & in *C L A V D I S* *Pighius* noferit.

**C**LOVIA gens, sive *Cluvia* & *Clvia* (utroque enim modo in antiquis monumētis scripta reperitur) incertum. *Patricianæ* an Plebeia eruit.

**C**LOVLIAM gentem sive *Cleliam*, Patriciam fuisse constat ex T. *Liuius*, vbi de *Canulcio Trib. pleb.* Albaeziundam auctior cit *Dionysius* lib. **iii**. vt & *Festus*, a *Clelio* *Ænæ* comite. *Siculi* cognomentum potissimum nullum nullum.

**C**LOVENTIA gens à *Clœanthe* *Ænæ* comite, teste Virgilio v. *Æneid*. vt à *Clelio* *Clelia* dicta, nullis clara honoribus, ut Plebeiam fuisse nullus dubitem.

**C**OCCEI è genti Plebeia frequens est mentio apud Scriptores, è qua fuit *Calidorum* familia, item *Nerua* cognomentum.

**COELIA**

**CŒLIA** gens Plebeia, at Consularis, à *Vibenna Cælo Etrusco dicta. Caldorum quoq; insignis cognomena-  
to, & Ruforum.*

**COMINIA** Consularis familia, cuius cognomina *Auruncus & Laurentinus.*

**CONSIDIA** gentis Plebeia meminit *Liuius lib. II. Dionys. lib. IX. Caesar lib. II. de bello civili; Cicero lib.  
XII. epist. XXVI. ad Cornificium, & Val. Max. lib. IV. c. VIII. Ex ea fuerunt C. *Confidius Patus, & C. Confidius No-  
niatus, ut Patus gentis huius cognomena fuerit.**

**COPONIA** gens Tibure orta, & in ciuitatem Romanam adscita, Plebeiane an Patria fuerit, incertum.

**CORDIA** gentis (nisi pro *Cadius Rufus* apud Tacitum lib. XVI. Annal. ut aliquibus placet, scribatur *Cordius  
Rufus*, quod dicitur. Lipso non placet, qui *Claudius* prius ediderat, post *Tadius* placuit magis, quod & ipsum  
probum est gentis nomen;) praetor vaum Ciceronem hand seio an aliis faciat mentione, qui lib. IV. in Ver-  
rem L. *Cordium* nominat honeftum hominem, qui testimoniun in Verrem dixit.

**CORNELIA** gens in variis stirps diuisa, Roma omnia nobilissima; Plebejii prope innumerabiles. Pa-  
tricii in nouem præciipuis distingue families: *Coſorū*, qui *Maluginenses, & Rutuli*, aut *Arvines* appellati. *Scipio-  
num*, in his *Africanis, Nasica, Calvi, Asina, & Lentiliorum*, pluribus etiam cognominibus. *Spiñher, Sura, &c.* Fa-  
milia ignobiliores sunt: *Cerhegi, Dolabella, Merula, Rufini, Sulla*. quoruſt stemmata & in *Onomastico Rom.*  
*Ioan. Glandorpi* spectabiles, & explicat Ant. Augst. Enumerat vero cognomina singulatim *Onuphrius* lib. de  
Nominib. Rom. etc. quos litterarum ordine recensit: *Æmilianus, Africanus, Arvina, Asiacus, Asina, Au-  
gur, Balbus, Barbatus, Blaſo, Calpus, Caudinus, Cathegus, Cinna, Clodianus, Corculum, Coſsus, Dolabella, Felix,  
Fronto, Getulicus, Hispalus, Iſauicus, Lentulus, Lupus, Magnus, Maluginensis, Mamercus, Mammula, Marcellinus,  
Maximus, Merenda, Merula, Nasica, Numantinus, Rufinus, Ruſulus, Salutio, Scapula, Scurus, Scipio, Serapio, Sisen-  
na, Spiñher, Sulla, Sura, & denique *Vir optimus* dictus *Corn. Scipio Nasica*. Singulis ordine iidem Auguftini &  
Glandorpi exhibent.*

**CORNIFICI** gentis Plebeie Scriptores multi meminerunt: ex ea fuit *Q. Cornificius, Augur, Imp. Cicero-*  
ronis in Consulari competitor, & in Auguratu collega, ut ex epistolis XVII. XIX. XX. libri duodecimi ad  
cum scriptis confat.

**CORVNANCIA** gens est Plebeia, nobilis tamen, cuius princeps *Ti. Coruncaninus*, primus è Plebe Pontif.  
Max. Mag. Equit. Cos. Censor, Dicitur fuit, & de Tufceis triumphavit. Vide Ant. Augst. in *Imma* gente.

**COSSVIA** gente, ex equestri familia orta fuit *Coffutia*, qua Cesar vxore dimisit. Corneliam Cinque quar-  
um Consuliam dum duxit vxorem, teste *Sueton.* in *Cæſare c. I. M. Cofſutij* cuiusdam mentio est apud Cicero-  
nem lib. III. in Verrem. Cognomina *Coffutia* gentis *Sabula & Macidianus.*

**CREPEREA** gentis facit mentionem *Cicer. lib. I.* in Verrem, è qua natus *M. Creperenus* equestri familia.  
*Creperen* cuiusdam *Gallii* sub *Neroni* meminit *Tacitus lib. XIV.*

**CREPVIA** gentis vix est apud Scriptores mentio.

**CPIENNI** A gente ortus fuit *C. Cupienius*, ad quem extat Ciceronis epistola xx.lib.xvi. ad Atticum. De  
*C. Cupienius Libo* Cumano huic forte filio, vide *Porphyrionem ad Horatii Satyram* II.lib.I.

**CVRIA** gens Consularis, cognomento *Dentata.*

**CVRIATIA** M. gentem Plebeiam, Alba oriundam, & à *Curia* forte dictam, à Tullio rege in ciuitatem Ro-  
manam adfictam fusile auctor est *Dionys. lib. III.* Ius gentis familia fuit *Trigeminorum*, ex qua ortus est *C. Curiatus.* Meminit & cuiusdam *C. Curiatij*, Trib. pl. Liu. lib. I. & in Epit. lib. LV. & Val. Max. lib. III. c. II.

**CVRTIA** gens, Patriciane an Plebeia fuerit, incertum. Onuphrio *Patricia* est minorum gentium, qui Ro-  
manus sub Romulo migrarat. *M. Curtii*, à quo *Lacus Curtius* in foro Rom. dictus est: meminit *Dionys. lib. II. Li-  
uius lib. VII. Val. Max. lib. V.c.VI. & *Orofius lib. III. c. V. P. Curtij Salassi* facit mentionem *Cicer. in epist. XIX.*  
ad *Lepramitri. VI.**

Plures vero hic & in aliis Consulares familias gentesque ita enumerat *Onuphrius Panu. lib. De Antiquis  
Nominibus.*

**CÆSONIA** gens,

**CÆDICIA** Consularis, cognomento *Noctua.*

**CÆSIDIA.**

**CATIA**, cognomento *Fronto.*

**CARVILIA** Consularis, cogn. *Maximus.*

**CANYLEIA**, cogn. *Diues.*

**CALVISTIA**, cogn. *Sabinus.*

**CANIDIA** Consularis, cogn. *Crassus.*

**CARRILIA.**

**CAPRILIA.**

**CARFINIA.**

**CICERIA.**

**CILNIA** gens, cognomento *Macenas.*

**CLIVIA** gens, cogn. *Saxula.*

**DECIA** & **DECIMIA** Consularis gens, hæc *Flaui*, illa *Muris* cognomento.

**D**IDI A gens, sive *Deidia*, ut in quibusdam monumentis legitur, incertum Patriciane an Plebeia fuerit. *Savilli cognomentum*, & Consularis fuit.

**D**IGITIA & **V**ILIA Consulares gentes etiam numerantur.

**D**OMITIA gens Plebeia, in duas fuit duae familias, quarum altera *Calvinorum*, altera *Ahenobarborum* cognomina vña fuit. Suetonius legend. & Ant. August. de Familia.

**D**VRMIA gentis, itemque *M. Durmij*, qui fuit Augusto Triumvir monetae cuendae denarios signauit mentio nulla apud Scriptores. Aliis *Duronis* videatur, alibi celebrata.

**E**GNA TIA gentis Plebeia, & *C. Egnatij Maximi*, cuius extant denarii, facit mentionem Cicero lib. IIII. ad Atticum, epist. xxxiv. Libro autem XIII. ad Memmium epist. XLII. XLV. & LXXXII. meminuit *L. Egnatij Rufi*: cuius fortasse filius fuit *M. Egnatius*, quem in Augustum confiprasse Velleius, Suetonius, & Dio com- memorant.

**E**GNATYELIA gentis *Maximi* cognomento, vnu, quod sciam, Cicero meminit III. Philipp. vbi nominat *L. Egnatuleum* quandam, filium forte *C. Egnatuleii*, qui Victoriatum numnum percutit. Vide Festum in *Patres*, & Plinius lib. XXXIII. cap. III.

**E**PPIA gens in tribu *Cornelia* censetur, & in *Fabia*.

**E**NNIAM & **E**QUITIAM familias alii adiungunt.

**F**ABI A gentis Patriciae sex stirpes fuit. Tres frequentes, *Ambitii*, *Maximi*, & *Vibulanii*. Minus frequentes *Buteones*, *Dorfones*, *Pitores*. Addunt alii *Amilianos*, *Celeres*, *Cunditatem*, *Ouiculam*, *Elburnos*, *Gurgites*, *Labenes*, *Licinos*, *Persecum*, *Rullanos*, *Servillianos* & *Verrucos*. Ex his *Labenes* tantum, *Maximi*, & *Pitores* in denariis reperitur.

**F**ABIANA gentis mentio in numero quodam ære.

**F**ABRICIA gens Consularis, *Luscius* cognomento.

**F**ANNIAM gentem Plebeiani fuisse sed Consularem, vno Ciceronis testimonio epist. XIII. lib. XVI. ad Atticum constat. *Strabonii* illi cognomen.

**F**ARSYLEIA gentis mentio exstat in antiqua inscriptione *Sutrina*.

**F**IRCELA gens, *Panonia* cognomento, & altera *Fictoria*.

**F**AMINIA gentis Plebeia, *Cloris* cognomento, meminuit Cicero in *Bruto*, & ad Atticum epist. XIV. & XV. lib. XIV. & epist. I. & II. lib. XV. *Liuius* lib. IX. & alii.

**F**AVIALE gentis Plebeia cognomento *Fimbria*, frequens est mentio apud veteres Scriptores. *Flauios* autem fuit *Flauios*, *Laevia* familia cognomen apud Dionysium lib. V. *Decimius* apud *Liuium* lib. XXVII. *Cecilia* in Epitoma *Liuii* in libro CXXVI. *Sulpicius* apud Suetonium in Claudio cap. XXI. *Othilia* in antiqua, quæ Tiburi exstat, inscriptione, & *Lucretia* in *XRCO* Augusti numismate.

**F**ONTEIA gentes plebeiam fuisse constat, quod P. Clodius Ciceronis inimicus, vt *Tribunis* pl. fieret, *Pontio* Plebeio homini adoptandum se dedit. Cognomen multorum huius gentis fuit *Capito* & *Balkus*.

**F**VEI A gens Plebeia, ex qua *Q. Fufius Calenus* originem duxit. Vide Ciceronis *Philippicam* lxx. & *Dionem* *Calenitiae* cognomento fuit, item *Gemini* & *Strigoni*.

**F**VLCLINIA gens, *Trionicus* cognomento.

**F**VLVIA gentis Plebeia in multis duis familia, vnu tantum *Cn. Fulvius* in argenteis denariis memoria reperitur. *Fulvius* autem veteres scribabant, vt *Fourius*, & multa huicmodi, Græcam scripturam imitauit. Huius gentis familia *Ouphrius* numerat, explicatque Ant. August. *Centumales*, *Curnos*, *Flaccos*, *Gillones*, *Maximos*, *Nobiliores*, *Patos*, & *Parinos*.

**F**UNDANIAM quoq; gentem Plebeiam fuisse, ex *Liuii* lib. XXV. constat. Huic *Fundulii* quoq; cognomentum.

**F**VRNIA gens etiam Consularis fuit.

**F**VRNIA gens partim in Patricias diuisa fuit familia, quarum cognomina sunt, seu familiae VII. *Camillus*, *Crassipes*, *Fulvius*, *Medullinus*, *Pacilus*, *Philius*, & *Purpureus*, partim in Plebeias. *Liuius* lib. IX. *L. Furius* Tribunus pleb. meminit, & lib. XXXIX. *M. Furius Luscius* Adelis, a quo Ludi Plebeii diem vnum instauratis sunt. *Patriciae Purpureonum*, *Crassipedum*, & *Philonium* denarii Rom. reperintur. *Furius* autem *Breccius* Patricius fuit in Plebeius, incertum. Ant. Augustinus diuidit *Furiosi* in frequentiores; *Fulvos*, seu *Medullinos*, vel *Pacilos*, atque in *Camilles*, *Philius* autem & *Purpureus* raro Consulares fuisse.

**G**ABINIA, Consularis gens fuit.

**G**ALLIA gens cognomento *Luperci* inter Patricias in Plebeias numeranda fuit, ex iis Scriptoribus qui circumferuntur, elici non potest. Cicero v. *Verina* C. *Gallium* senatorem, hominem equestrem appellat, partem fortasse *C. Gallis*, curus exstat nummus æreus ab eo signatus, cum esset Triumvir sub Augusto. Meminit & *Tullius* alterius *@ Galli* Praetoris an. DCXXXVIII. L. *Cotta* & L. *Torquato* *Cossi* quem anno sequenti de ambitu accusatum, defendit ea Oratione, quæ non exstat.

**G**EGANIA gens à *Gya* *Anæ* comite, teste *Seruio* in v. *Æneid*. Alba oriunda. Fuit & *Gegania Vestalis* sub Romulo, vt *Plutar*. referat. Patricia fuit minorum & maiorum gentium. *Materini* cognomentum habuisse fertur.

**C**ELLIA gentis *Poplicole* cognomento, duo tantum denarii spectantur. Forum alter visus est pertinere ad *Cellum* Cn. *Pompeii* legatum in bello maritimo contra piratas, cuius meminuit *Florus* lib. III. Alter sine dubio

ad L. *Gellium Poplicolam* spectat, cum esset Antonius Quarstor Proprætore: postea cum M. Coccoio Nerva Consulatum gesit, anno DCCXVI. Vide Dionem lib. xlvii.

**G**ENYCA Confularis gens, *Augurini* cognomento, item *Auentinensis*, *Clepsina*, & *Pansa*. Fuit & **GEMINA** gens, item *GRANIA* *Flaci* cognom.

**H**ATERIA gens Confularis, cognomento *Agrippa* & *Antoninus*.

**H**ELVIA gens, cognomen *Blaſo*.

**H**ERENNIA gens Plebeia in Balborum familias & Gallorum diuisa fuit. *L. Herennij Balbi* meminit Pædia-nus in Milioniam. *Galli*, Afinius Pollio in epistola xxxii. lib. ix. ad Planeum C. *Herennii* Trib. pl. qui P. Clo-dium ad plebem traduxit, facit mentionem Cicero epistola xv. & xvii. lib. i. ad Att.

**H**IRITA gens, incertum. Patriciane an Plebeia fuerit.

**H**ORATIÆ gentis *Patricia* cognomen fuit vt & *Curiatæ Trigemini*. Vnus tantum reperitur eius denarius. De *Horatio Cocilia* Luius, *Dionyfius*, *Valerius Maximus*, alii.

**H**ORTENSIÆ gens Confularis.

**H**OSIDIA gens *Cesa* cognomen ab Appiano lib. iii. de bello ciuilis, & Dionem lib. xlvi. & lxx. nominatur, non tam ex eorum verbis elici potest, Plebeiae an Patricia fuerit.

**H**OSTILLIA gentis, quæ ab *Hoſo* quodam *Hostilio Medullino*, vt creditur, originem duxit, qui Romulo re-gnante Romanis ciuitatem adeptus fuit, cæbra mentio apud Scriptores. Eius autem gentis familiæ re-pe-riuntur in monumetis Capitoliis *Tully Regis*, & *Mancinorum*: apud Linium lib. xxxvii. *Tubulorum* & *Cato-zum*: apud Vartensem & in Nummis *Sæfernæ*. Cognominataque illius, *Cato Mancinus*, *Sæferna*, *Tubulus*.

**I**TIA gentis vntus tantum denarius à *L. Itio*, vr opinor, signatus reperitur, ad quem Horatii exfat Oda xxix. libro i. inscripta, ad *L. Itium*. Sic enim ex vetustissimis codicibus pro *Icium*, *Scriptum* reperi, admouit vir eruditissimus *Carolus Langius*. Cicero iiii. Philipp. nominat *M.* quandam *Iecium* corrupte, vt opinor, pro *M. Itium*, qui quidem error in Atia quoque familie nomen irepedit, *Portum* etiam *Iteam* in lib. v. de bello Gallico pro *Iecium* ex vetustissimo exemplari apud *Cæsarē* tam pridem repolutis *Fulvius Vifinus*: Ernos pridem in Macrobio obseruauimus *L. Iti* v*m* corruptum in *Lucium*, itemque in Suetonio. Sic enim ille lib. ii. *Saturnalior. cap. iv.* in Augusti dictiori: *Lucius* (lego *L. Itius*) *gravis Tragediarum scriptor interrogabat*, quid aget *Aix fusi*: Etile: *In fpongiam*, inquit, *insubuit*: Et in Augusto *Tranquilli* cap. 43: *Adolescentulum Lucium honestum, qdc. Forte L. Itium*.

**I**VLIAM gentem familias habuisse *Patriciae* & *Plebeiae*, inter Scriptores constat. *Patriciae Cesares* in de-nariis habentur. In historiis vero rerum Romanarum hic recenteruntur: *Apuli*, *Augusti*, *Burtones*, *Germanici*, *Lu-di*, *Liberi*, *Mentones*, & *Strabones*. Hæ vero in duas præcipue stirpes seinduntur, *Iulorum* & *Cæsarium*. *Burtonum* nulla apud Scriptores mentio, vnde *Patriciae* & *Plebeiae* fuerint, scire non possumus. *Origo gentis Iulia* clarissime ab *Aene* filio Iulo ad Venerem refertur: cuius stemma integre loan. Giandorpio in *Onomastico* Rom. descriptum legas.

**I**VNIÆ gentis cum multæ à Scriptoribus familiae nominentur, *Plebeiae* quidem *Bruci*, *Bubulci*, *Callaici*, *Penni*, *Pera*, *Scæus*, & *Silani*: um illud obseruat *Fulvius Brutus* *tantum* & *Silanorum* in denariis reperi. *Brutus* quoque familiam duplicum fuisse, *Patriciae* vnam, ex qua *L. Brutus*, qui Reges fecerit, orsus sit alteram *Plebeiam*, multiplicem, cuius primus *L. Brutus* primus Trib. pl. exstitit, scribit *Dionysius* lib. v.

**I**VENTIA gens Confularis, cognomento *Thalna*. **A**BIENÆ gentis *Plebeiae* Scriptores multi meminerunt. Ex ea fuit *T. Labienus* Trib. pl. Vide *Ciceronem* pro *Rabirio*, *Orosium* lib. v. c. xvii. & *Dionem* lib. xxxvii.

**L**ÆLIA gens Confularis, cognomento *Balbus* & *Sapiens*.

**L**ÆTORIA item Confularis, cognomen *Plancianus*.

**L**ICINIA gentis *Plebeiae*, *Murena* tantum *Craſſi*, *Nerua*, & *Stolone* in nummis reperiuntur. At in historiis etiam *Calus*, *Craſſi*, *Luculli*, *Murena*, *Geta*, *Dinius*, *Frugi*, *Macri*, *Varræ*.

**L**IVINIA gentis vna tantum *Regulorum* familia apud Scriptores reperi. Nam *L. Liuineius Trypho*, qui nominatur a Cicero in epistola lx. lib. xiiii. liberius fuit *L. Reguli*, cuius extant nummi.

**L**IVIA gentis *Plebeiae*, vnius tantum *Salinatorum* familia, in æro numero mentio reperi. At plures in *Æmilianis*, *Claudiani*, *Denteris*, *Drusi*, *Libones*, & *Salinatores*.

**L**OLLIA gentem *Plebeiam* fuisse constat. Ex ea enim ortus est *M. Lollius Palikanus*, quem hominem se-ditionum appellat *Valer. Max.* lib. lxxi. c. i.

**L**VCILIA gentis *Plebeiae*, familia plures variis distincti cognominibus apud Scriptores reperiuntur. *Balbi* nominatur à Cicero in *Bruto*, *Baſſi* in li. xxi. ad *Articum*. *Longi* & *Capitones* a Tacitoli. iv. *Baſſi*, li. xvii.

**L**YCRETIA gentis in familias diuisa fuit *Patriciae* & *Plebeiae*. *Patriciae* gentis cognomento omnes *Tricpitini*, vno excepto *Floro*, appellati *Triones*, qui in nummis antiquis expressi reperiuntur. *Plebeios* fuisse Vifinus opinatur, *Trio* apud *Dionem* & *Tacitum* lib. v. cognomen est *Fulcinii* Consulis an. DCCXXXIII. *Plebeix* cognomenta, *Trio*, *Gallus*, *Offella*, *Vepillo*.

**L**YRIÆ gentis *Corn.* *Tacitus* meminit lib. xii. & *Diol.* lvii.

**L**VTATIA gentis *Plebeiae* omnes cognomine *Catulus*, vno excepto *Cercone* dicti. Vnus tantum exstar-de-narius, in quo *Cerconis* cognomen ei tributur. *Liuinus* lib. xlii. meminit *C. Lutatius Cerconis*.

**M**ÆCILIAM gentem Albaniam, Tullo Hostilio Romæ regnante, Alba diruta, ciuitatem Romanam adspicere fuisse, & in Senatorium Patriciumq; ordinem allec tam scribit Dionys. lib. iii. Fuit autem familia ex hac gente alia Patricia, alia plebeia.

**M**AIANIAM gentem, quæ in aliquot nummis antiquis notata est, & opinatur Fulvius Virfinus camdem esse cum ea, quæ in tabulis Capitolinis modo *Mainia*, modo *Mania* nominatur, quæ & Consularis, ut & *MELIA Capitolini cognomeno*.

**M**AMILIAM gentem Plebeiam à *Mamilia Telegoni* filia originem & nomen duxisse, omnes ferre Scriptores tradunt. Ipse autem *Telegona* Vlyssis fuit & *Circes* filius, qui Tusculum oppidum in Latio condidit, ut scribit Sex. Pompeius, Plutar. Acror. & Pompon. Porphyrio Horatii interpretes. Cognomen huic genti *Lemanus* & *nummi tribunus*, & Historici addunt *Tarini* & *Vituli*.

**M**ANILIA gens Consularis.

**M**ANLIAM gentem duplice fuisse, Patriciam viam, alteram Plebeiam, ex ijs quæ scribit Cicero i. Philipp. coniicte possumus: cognominibus octo, scilicet familijs distinguitur, *Acidini*, *Attici*, *Capitolini*, *Fulviani*, *Imperiosi*, *Longi*, *Torgnati*, & *Vulsoni*.

**M**ARCIA quoque gens Patricia habuit familias & Plebeias. Sed Patriciorum nulla in antiquis denariis exstat memoria. Plebeiorum *Philopos* rautum & *Liberes* in numismatis notatos animaduertimus: quos ab *Anco Marcio* Rege originem duxisse præter alios restatur & *Otidius* lib. vi. Fastrorum. Verum *Marciam* gentem a duobus Romanorum Regibus *Numa* & *Anco* originem traxisse, omnes ferre Scriptores tradunt, in qua de Patriciis clarissimum fuit *Coriolanus*: de Plebeis familiis quinque nobilitates existunt, *Cenforini*, *Figuli*, *Philippi*, *Ruges*, & *Rutili*. addit *Onuphrius Ralla*, *Thermus*, & *Tremulus*.

**M**ARIAM gentem Plebeiam fuisse, vel ex eo constat, quod *C. Marius* c. f. qui nullo vsu est cognomine, & *M. Marius Gracidianus* Tribuni pl. cum essent, alter dcre ne nummaria leges tulerint.

**M**ASSYRIA gens, cognomine *Sabini*.

**M**EMMIA gens, ut ex veteribus Scriptoribus, & antiquis denariis colligere licet, inter Plebeias numeranda est. Ex eam exsift *Memmius Edilius Plebeius*.

**M**ESCINIAM gentem Plebeiam fuisse liquet, quod *C. Mescinus* (quo Tr. pl. an. DCXCV. ab exilio reuocatus est M. Cicero) ex ea natu fuit. Cicero in orat. pro P. Sestio, & poft redditum in Senatu L. autem *Mescinus Rufus*, cuius exstant denarii, sub Augusto cuendae monete Praefectus fuit. Vide Ciceroen epist. x x v l. lib. xi. & epist. vi. lib. xv. & quæ ad eundem *L. Mescinus Rufus* scripta sunt epist. xx. & xxx. lib. vi. ad Familiares.

**M**ETTIAM gentem Laniuio municipio oriundam fuisse, è *M. Mettij* nummo fufpicari licet: *Mettij* quoq; cuiusdam meminit Cicero epist. xxvi. lib. xv.

**M**INATIÆ gentis facit mentionem *Valer. Maxim. lib. iii. cap. iv.* in quo nominat *Minatium Rufum*. Alij *Sabini* tribuant cognomenum, quod & *Masfuria* gentis.

**M**INOVIA gens Patrica primum, postea Plebeia fuit. Reperiuntur nummi ex hac gente familiae *Auguriorum* & *Thermonum*. Illi Patricii, hi Plebeii, quibus & Rufacecedunt, *Pica*, & *Melliculus*.

**M**VCIA gentem Plebeiam fuisse, inter Scriptores contentum. Eius autem familiae dñe reperiuntur, *Cordum* & *Scutularium*. *Cordorum* facit mentionem Dionys. lib. iv. & *Q. Sabinus* lib. i. c. vii. Illi vero Iuris Civilis scientia clati, ut Aut. *Augustinus* lib. de Familia Iureconsultus recentet, *Auguria* addunt alii.

**M**VMVIA Confulari gentis cognomenum *Achatefui*.

**M**VNATIÆ gentis *Planorum* tantum familia in antiquis denariis reperitur: cum *Rufus* etiam à Cicero lib. vii. in *Verem*, & Val. *Maximo* lib. iv. c. iii. aliisque à Scriptoribus nominantur.

**M**VSSIDIÆ gentis è *Sabinis*, vt arbitror, oriundæ, facit mentionem Cicero epist. i. lib. iii. ad *Q. Fratrem*: in qua pro *Mussidius* librariorum errore scriptum est *Messidius*. Huic *Longorum* cognomenum.

**N**ÆVIA gentem Plebeiam fuisse, ex hoc intelligere possumus, quod ex ea exsift *M. Naevius* Trib. pl. qui borum & *Surdinorum*, item *Matronum*: *L. Naevius Balbus* facit mentionem in *Liuio lib. xlvi*.

**N**ASIDIA gentis, incertum Patricieane in Plebeia, Scriptores multi meminerunt.

**N**AVTIA Patrica gens, vt arbitror, maiorum gentium. In hac *Ratilorum* familia Consularis.

**N**ERELIA gentis facit mentionem *Horatius* lib. ii. Scrm. *Satyr. iii. De Cn. Nerio Pupinia Cicero epist. iii. lib. ii. ad Q. Fratrem*.

**N**IGIDIA gentis cognomenum *Figuli*, cuius rei ratio redditur ab Augusto lib. v. c. iii. de Civitate Dei.

**N**ONIUM gentem Plebeiam fuisse vel inde constat, quod ex ea sit ortus *Nonius Balbus* Trib. pl. cuius meminit illi fuit *Afronus*, *Quintianus*, *Suffenus*.

**N**ORBANA quoque gens inter Plebeias numerata fuit, ex qua *C. Norbanus* Trib. pl. extitit, & *Flacci* cognomen.

**N**VMETIA & **N**VMITIA gentes diuerse.

**N**VMITORIAM gentem in Plebeiam fuisse, vel ex uno *L. Numitorio* confitat, qui Tr. pl. à *Liuio* describitur lib. ii. & Dionys. lib. xi. Cicero lib. ii. de Intentione meminit *Q. Numitorij*, qui *pallus cognominatus* fuit.

**N**VMONIA gentis facit mentionem *Velleius* lib. ii. Cognomento fuit *Vala*.

**O**CTAVIA gens Consularis, cognomento *Rufus* & *Thrinus*.

O G V N I A gentis Plebeia facit mentionem Liuius lib.x. & Valerius Maximus lib.s. cap. ixx. Galli sortitacognomentum est.

O P I M I A, vel, vt est in argenteis denariis, O P E I M I A gentis Plebeia frequens est mentio apud veteres Scriptores.

O P P I A gentis Plebeia facit mentionem T. Liuius lib. xxxiii. Cui Cornicen cognomen.

O C T A C I L I A gens Consularis, cognomine *Craffi*: vt & O V I D I A, Naſoṇis.

P A P I R I A gentem Plebeiam fuisse, fatis inter Scriptores conflat, fed Consularis, cognomento *Milonis* & *Mutilis*.

P A P I R I A gentem duplice fuisse, ex Ciceronis epistola xxii. lib. ix. ad Famil. copiose discas. Patricia quidem ante Reges exactos, & quidem minorum gentium: cuius cognomina seu familiae v. i. fuerint *Craffi*, *Curforis*, *Mathonis*, *Mugilloni*, *Tati*, & *Prætextati*. Plebeia gens *Carbonum* cognomento, & quia M. Papirius pulsis Regibus Pontifex Max. fuit. Explicit post M. Tullium ac recentem Ant. Augustinus.

P A D A N I A gentis, cuius cognomen est *Cofa*, mentionem facit Liuius lib. xxv. & Val. Maxim. lib. iii. cap. ii.

C O R N A gentis Plebeia frequens est mentio apud Scriptores. Liuius lib. vi. meminit *C. Petili Balbi*, Tr. pl. & lib. xxxix. Q. *Perilly Spurini* Tr. pl. Cognomina enim illi *Capitolini*, *Spurinna*, & *Perperna*.

P E T R O N I A gentem Plebeiam e Sabini orundam coniuncte licet. Vide Val. Maxim. lib. i. cap. i. & lib. iv. cap. vii. Cognomina illi *Pasper*, *Sabinus*, *Turpianus*.

P I N A R I A gentem Patriciam a *Pino Nume Pomipili* filio duxisse originem, scribit Plutarch. in *Numa*: Liuius tamen lib. ii. & Dionysius lib. ixi. à *Pinaris*, qui Herculi sacra amuerteria faciebat, genus traxisse malumque: quibus affectu Virgilius lib. ix. Cognomina illi fuisse *Mamerionis*, *Natta*, & *Rufa*.

P L A T O R I A gentem fuisse *Lectoriam* (vtroq; enim modo scripta reperitur) Plebeiam fuisse satis constat. Vide de M. Varronem lib. v. de lingua Lat. Liuius lib. xxx. Cenorum in die natali cap. xix.

P L A N C I A gentem Plebeiam fuisse constat, quod *Cn. Plancius*, cuius denatij extant Trib. Pl. fuerit. Leg. Ciceronis lib. ii. ad Q. Fratrem, & lib. i. ad P. Lentulum, & Dionem lib. xxxix.

P L A V I T I A gentem Plebeiam constat fuisse. Cognomina habuit & familias vii. *Decianus*, *Hypsaus*, *Planus*, *Procilius*, *Silanus*, *Venne*, & *Venox*.

P O B L I C I A gentem sue *Pabliciam* (vtroq; enim modo in antiquis monumentis scribitur) Plebeiam quoque fuisse, ex Liui lib. xxvii. obseruo.

P O E T E L I A Consularis, cognomine *Balbus*, *Libo*, *Vifulus*.

P O M P E I A gentis Plebeia, tres in antiquis denariis reperiuntur familiae: *Magni*, *Rufi*, & *Pofli*. In historicis etiam *Biblynicus* & *Strabo*. Enumerat & hanc Ant. Augustinus lib. De Familias Rom.

P O M P O N I A gentem Plebeiam à *Pompone Nume Pomipili* filio duxisse originem, Plutarch. scribit in *Numa*, & arguit huius gentis denarius. Familias seu cognomina Romæ v. i. habuit. *Atricus*, *Flaccus*, *Matho*, *Molo*, *Mufa*, & *Vitulus*.

P O R C I A gentis Plebeia M. *Catonem*, qui *Censorius* appellatus est, Tusculo municipio oriundum, auctorem extitisse, inter Scriptores satis conuenit: de quo Cicero 11. de Legibus: itemq; de genere ac nominibus *Poreia* familia Agellius lib. xiii. Noct. Attic. cap. xviii. meminitq; codem in lib. cap. xii. Porci Tribuni pleb. Familias duas habet *Litorium* & *Catonum*. Ex hac duo Recip. lumina M. Porcius Cato maior & minor, & multi Consulares, vt in Fatis Capitoliniis cernes. item *Lecca* cognomento.

P O S T M I A gens Patria Rome floruit post exactos reges, in plures diuisa familias, quarum nobilissima fuit *Albinorum*.

P O T I T I A gens Paritia, Urbe antiquior, sed qua cum xii. familias interiit circa Urbis condit. annum cdxlv.

P R O C I L I A gentem è Lanutio municipio oriundam intelliges è gentis illius denariis. Est & P R O C V L E I A gens nota.

P R U B L I I A Consularis gens, cognomine *Philo* & *Vulcus*. Item & P V P I A Consularis.

Q V I N C T I A M gentem, Alba diruta, Romam a Tullo Rege translatam fuisse, & inter Patricios cooptata, scribit Liuius lib. i. & Dionysius lib. i. apud quem pro *Konulais*, vt est in vulgaris libriss, corrigendum *Konulas*. Alterius autem *Quintilia*, qua fuit Plebeia, facit mentionem Cicero in orat. pro A. Cluentio, & Liuius lib. xxiv. Inter gentis huius cognomina fuit *Crispinus*, vt & hæc: *Barbatus*, *Capitolinus*, *Cincinnatus*, *Cladius*, *Flamininus*, & *Pennus*.

Q V I N C T I L I A gens Patricia majorum gentium, *Vari* cognomine ornata: de qua Sext. Pompeius legendus.

R E N I A gentis nulla apud Scriptores mentio, sed *Reciae*.

R O S C I A gentem Plebeiam fuisse ex eo constat, quod L. *Roscius Otho* Tr. pl. ex ea ortus. Fuit cognomento *Amerinus*, *Fabatus*, *Regulus*.

R V P E L L I A, cognomen *Geminus*, & R V P I L I A Consularis quoque fuit.

R V B R I A gentis Plebeia facit mentionem Cicero in Bruto, qui est de claris Oratoribus, Appianus lib. i. bell. ciuil. & Plutarchus in Ti. & C. Gracchis.

**R**USTIA gentis mentio in antiqua Inscriptione.

**R**VTILIA gens duplex fuit, Paricia & Plebeia. **F**lacci nullibi, præterquam in uno denario, sit mentio. **R**utilij Crassi meminit Luius lib. iv. **C**alui, lib. xlvi. **R**uf Cicero in orat. pro Plancio. **L**upi Caesar de bello ciuili lib. i. & Quintilianus lib. i. cap. ii. **C**ensorini Val. Max. lib. iv. cap. i. Quinque igitur huic familia: **C**alui, **C**ensorini, **C**raffi, **L**upi, & **R**ufi.

**S**ALVIAM gentem Ferentino oppido arque ex principibus Etruria, ut ait Suetonius in Othono, oriundam, Plebeiam principio fuisse ex eo constat, quod ex ea natus sit **S**alvius Tribun. pl. Vide Appianum lib. iii.

**S**ALLVSTIA gens **C**risti cognomento.

**S**ANQVINIA gentis nra, quod sciam, Tacitus facit mentionem lib. v. cui **M**aximi cognomenum.

**S**ATRINA gentis nra, quo canticum denario mentio exstet: alibi **S**ATRIA.

**S**AVPFERIA gentis in nummis veteribus mentio est, & apud Ciceronem sepe.

**S**CRIBONIAM gentem Plebeiam fuisse, inter veteres Scriptores satis constat. Eius dux tantum familia, **C**urionum, vir arbitrio, & **L**ibonum, in denariis reperitur.

**S**EMPRONIA gens, Patricia primum fuit, postea ad Plebem traducta, Plebeia facta est. Eius in nummis familiæ tres reperuntur, **A**tratinorum, qui Patrice fuerunt: **G**racchorum, qui **P**lebej, & **P**itionum, quos Plebeios item fuisse, sed de his nihil competi habens, opinatus Vrbinus. Familia vero seu cognomina gratias Sempronii in Historicis habet: **A**selius, **B**la<sup>ss</sup>a, **G**racchus, **L**ongus, **S**ophus, **T**uditianus.

**S**ENTIA gens incertum, Patriciane an Plebeia fuerit, certe Consularis, **A**ugurini & **S**aturnini cognomento.

**S**EPYLIA gentis nullus, quod sciam, meminit. Repertur tamen in quibusdam antiquis nummis **P**. **S**epulli nomen.

**S**ERGIA gentis Patricie, vel nra Vergilij testimonio lib. v. **E**neid. nobilis à **S**erugezo **A**enea comite. Vbi Seruius notat, M. Varronem **D**efamilis **T**roianus, olim Icispille: & **T**roianus vocat Romanos Iuuenalis. Huius gentis **S**ilorum tantum existaret denariis familia, cum plures claræ à Scriptoribus nominentur, cognominibus ferre: **C**atilina, **F**idenas, **N**asta, **O**cella, **P**lancus, & **S**ilo.

**S**ERVIA gens, cognomento **R**ufa.

**S**ERVILLIA gentem (vel vt in nummis notatum exstet **S**erueiliam) dictam forte à **S**eruio prænomine, vt & à **Quintilio Q**uinctia gens: Albanam, à Tullo rego, Alba diruta, Romanam translatam fuisse, inq; Patriciorum ordinem alleam, scribit Luius lib. i. & Dionys. lib. ii. Eius autem in antiquis denariis familia reperitur Patricia & Plebeia. Inter huius gentis cognomina fuerunt **A**halia, **A**xilla, **C**apo, **C**afca, **F**idenas, **G**eminus, **I**auricus, **L**ongus, **P**riacus, **P**ulex, **S**tratius, **Tacca**, & **V**aria.

**S**ESTIAM gentem Patriciam fuisse, ex Luiu dicimus.

**S**EXTIA gens Consularis, cognomen **E**ateranus, **S**abinus, **S**exinus. Fuit & **S**EXTILIA.

**S**ICINIA gentis Plebeia frequens apud Scriptores mentio, cui sit cognomenum duplex, **Belluti** & **Dentati**.

**S**ILIAM gentem Plebeiam fuisse, ex eodem Luiu lib. iv. obseruo.

**S**PRILIA gentis Plebeia Cicero meminit epist. ii. ad Q. Fratrem, lib. i. Luius lib. ii. & Dionys. lib. ix. ex ea **M**arcus ortu eff.

**S**TATILIA gentis aliquot à Scriptoribus familia nominantur, ex ea autem **T**aurorum nouam fuisse, Vel leius indicat lib. ii.

**S**VLPICIAM gentem Patriciam minorum gentium fuisse volunt, xi. cognominibus claram: **Camerini**, **Cornutus**, **Galba**, **Galli**, **Longi**, **Maximi**, **Paterculi**, **Petici**, **Prætextari**, **Rufi**, & **Sauvionnes**, quæ inf. pedatis. Camerio oppido oriundam fuisse conjectare licet è **S**er. **S**ulpici cognomine, quæ primus ex ea gente Romanum venisse creditur, & è patria nomine **Camerinus** dictus esse, vt **F**uria **M**edullinorum à Medullia opido. **S**er. **G**alba Imp. ex hac gente natum, eius originem ad Iouenam retulisse auctor est Suetonius in Galba. **G**ens autem **S**ulpicia fuit duplex, siue, vt quibusdam placet, triplex, **P**atriciorum, **P**lebeiorum, & **E**questrium: **P**atriciorum **G**alba in antiquis denarijs: **E**questrum **R**ufi reperitur. Illud autem in hac gente maxime notandum, **S**ulpicius **Rufus**, & apud Cornelium Nepotem in Attici vita, **M**. **S**eruus **S**ulpicius, sic apud Luiu, **P**. **S**eruus **S**ulpicius.

**T**ARIA gens Consularis, **R**uffi cognomento.

**T**ARPEIA Patrica gens maiorum gentium, à **T**arpeio arcis Praefecto.

**T**ARQVITIA gentis Patriciae mentio frequens est, cum in Fastis Capitoliniis, tum in antiquis Inscriptiōibus.

**T**ARQVINIA gens sub Anco Marcio Romam translata. In hac sunt **C**ollasini, **P**riaci, **S**uperbi, item **C**apitoni & **M**ontani.

**T**ERENTIA gens inter Plebeias ab antiquis Scriptoribus numeratur. Vide Luium lib. iii. Dionys. lib. x. Reperiuntur in antiquis denarijs gentis huius familie dux, **L**ukanorum & **V**arronum; de quibus sit mentio apud Scriptores multis locis: qui & has adduit: **C**uleones, **M**essallas, **M**uranas, **P**arisites.

THORIAM

**THORIAM** gentem fuisse Plebeiam, inter omnes fere Scriptores conuenit. *L. Thorij Balbi*, meminit Cicero lib. II. de Finibus.

**TITINIA** gens familiæ habuit Patricias & Plebeias. Patriciae meminit Liuius lib. v. Plebeia idem Liuius lib. III. facit mentionem. Cognomen habuit *Longi*.

**TITIAM** gentem Plebeiam fuisse constat, quia multi ex ea Tribuni pl. legesque ab illis late.

**TITURIAM** gentem e Sabinis Romam venisse constat vel ex denarijs. Meminit Cicero pro Fonteio. Unde & *Sabini* cognomen fortius est.

**TREBANIA** gentis tantum in nummis mentio, nisi forte mendum est in æs incidentis pro **TREBATIA**. Huius sape meminit M. Tullius; aut pio **TREBONIA** gentis, cuius cognomina fuere, *Affer*, *Crispus*, *Flanus*.

**TREMELIA** gens cognomina habuit *Flacus* & *Serpa*.

**TULLIUM** gentem inter Patricias numeratam fuisse, ex Scriptoribus constat. Fuerunt autem <sup>lxxvii</sup> Tullia gentis familiae, cognominibus distinctis. Patriciae quidem cognominibus affecte *Longorum* & *Tollerorum*; Plebeiae vero duas in familiis diuisa, *Tulliorum* & *Decularum*. His adnumerantur *Annali*, *Cimbrorum*, *Fabianorum*, *Montanorum*, *Ruforum*, & *Senecionum*. *Longorum* mentio extas apud Ciceronem libro De claris Oratoribus. *Cimbrorum* Philipp. II. & apud Plutarachum in *Bruno*. *Montanorum* apud eundem Ciceronem lib. x. ad Atticum. *Ruforum* apud Hippium lib. v. *Annalium* apud Valer. Maximum lib. IX. cap. II. *Senecionum* apud Tacitum lib. xv. *Annal. et id. III. Histor. Italicorum*, vi edit Lipsius V. C. Nobilissima vero, *Ciceronum*, *Memoratum* & *M. Tullius Decula*, qui Confut fuit cum Cn. Cornelio Dolabella anno DCLXXII.

**TYRANNIA** Sabinorum Patriciae gens, Romam cum T. Tatio migravit, auctore Dionysio Halicarnassico.

